faciem meam absq; fratre nostro
minimo. Dixit eis Israel. In meā
hoc fecistis miseriam: ut indi-
caretis ei & alium habere nos
fratrem. At illi responderunt. In-
terrogauit nos homo per ordinem no-
stram progeniem: si pater uiueret: si
haberemus fratrem. Et nos respondimus
ei consequenter iuxta id quod fuerat
sciscitatus. Nunquid scire poteramus
quod dicturus esset: adducite fratrē
nostrum nobiscum. Judas quoq;
dixit patri suo. Mitte puerum mecum
ut proficiscamur et possimus uiuere
ne moriamur nos et paruuli nostri.
Ego suscipio puerum: de manu mea
require illum. Nisi reduxero et re-